

# La charte de fondation de l'abbaye Saint-Michel du Treport

*texte en latin établi et annoté par P. Laffleur de Kermaingant<sup>1</sup>*

---

<sup>1</sup> in Cartulaire de l'abbaye Saint-Michel du Treport, Paris 1880

In nomine sancte et individuae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen. Anno ab Incarnatione Domini M<sup>o</sup> tricesimo sexto, ego Robertus<sup>1</sup>, comes Augensis, consilio Maurilii<sup>2</sup> archiepiscopi Rothomagensis et Willermi<sup>3</sup> Normannorum ducis, sed et aliorum tam episcoporum quam optimatum Normanniae, hominumque meorum laude, et precipue monitu uxoris mee Beatrix comitisse, abbatiam  
5 in honorem Dei et sancti Michaelis archangeli apud Ulterisportum constituo, et unde monachi ibi vivant, qui pro mea meorumque salute Deum assidue exorent, uxore Beatrice et filiis meis Radulfo videlicet, Willermo atque Roberto concedentibus atque laudantibus, de meis possessionibus stabilio. Do igitur eis in Ulterisportu<sup>4</sup> ecclesiam ubi eadem abbatia est constructa, cum tota decima et cum omnibus ad eandem ecclesiam pertinentibus ; et viginti domos in eadem villa, sex in cambis ex ipsis,  
10 et duos homines vavasoires liberos, et censum lignorum ejusdem ville, et palustrem terram, et prata de juxta, et omnem terram arabilem quam in dominio meo in eadem villa, id est in Ulterisportu, habeo ; et omnem consuetudinem hominum illorum qui sunt sancti Michaelis, quicquid omnino sit. Item, in Ulterisportu, et in Augo<sup>5</sup> opido, do<sup>6</sup> decimam denariorum de vicecomitatibus, et in utraque villa quicquid abbas et monachi acquirere poterunt. Quod si homines abbatis picem qui vocatur turium  
15 capiunt, totus erit sancti Michaelis ; crassus picis si captus fuerit, ala una et medietas caude erit monachis. Do etiam, ego Robertus comes, eidem ecclesie apud Augum mansionem cujusdam hominis qui vocatur [Airi]<sup>7</sup> cum viridario, et alias tres mansiones ; decimamque pasnagii silvarum Augi omniumque exaltatum earumdem silvarum, ubicumque fiant ; silvam quoque liberam in opus monestarii et ministerii monachorum. Do etiam terram Maisnilli Vallis<sup>8</sup> cum portu, et quicquid in eodem  
20 loco habeo ; Quercitumque<sup>9</sup> Criolii, et Maisnillum Soreth<sup>10</sup> liberum et quietum ab omni consuetudine, et quodcumque inde exit ; Maisnillum quoque Alardum<sup>11</sup> do, et villam que Ramicheon Maisnil<sup>12</sup> dicitur, et aliam que Grimonth Maisnil<sup>13</sup> vocatur ; et concedo medietatem de Boitealmesnil<sup>14</sup> ; apud Fucardimontem<sup>15</sup>, et de dominio meo, do duos ortos et mansiones quinque hospitem et unum

---

<sup>1</sup> Robert Ier, comte d'Eu, a de sa femme Béatrix trois fils : Raoul, Guillaume qui lui succède, et Robert.

<sup>2</sup> Saint-Maurille, archevêque de Rouen (sept. 1055 – 9 août 1067). Voir histoire de l'abbaye.

<sup>3</sup> Guillaume II, dit le Conquérant, duc de Normandie (1035-1087).

<sup>4</sup> Le Tréport, commune de la Seine Inférieure ; port sur la Manche, à l'embouchure de la Bresle.

<sup>5</sup> Eu, chef-lieu de canton de la Seine-Inférieure ; ancien chef-lieu du comté de ce nom ; abbaye de chanoines réguliers de Saint-Victor.

<sup>6</sup> Le Cartulaire du comté d'Eu porte : et ; dans le Cartulaire de Sainte-Geneviève et le vidimus de Philippe VI, roi de France, il y a : do

<sup>7</sup> Ce mot est laissé en blanc dans le cartulaire du comté d'Eu ; c'est au cartulaire de la Bibliothèque Sainte-Geneviève que je l'ai emprunté.

<sup>8</sup> Ménival, hameau dépendant de la commune de Criel (Seine-Inférieure)

<sup>9</sup> Le Quesnay, hameau dépendant de la commune de Criel (Seine-Inférieure)

<sup>10</sup> Le Mesnil-Soret, hameau dépendant de la commune du Tréport (Seine-Inférieure).

<sup>11</sup> Le Mesnil-Allard, hameau dépendant de la commune de Saint-Léger-aux-Bois (Seine-Inférieure).

<sup>12</sup> Le Mesnil Grémichon, hameau dépendant de la commune de Saint-Martin-du-Vivier (Seine-Inférieure)

<sup>13</sup> Grémont-Mesnil, hameau dépendant de la commune de Blangy (Seine-Inférieure).

<sup>14</sup> Boiteaumesnil, hameau dépendant de la commune de Blangy (Seine-Inférieure).

<sup>15</sup> Foucardimont (Seine-Inférieure). Abbaye cistercienne fondée par Henri Ier, comte d'Eu.

molendinum. In Fontibus<sup>16</sup> autem, excepto theloneo et parrochia, do illud quod, in dominio meo,  
25 habeo in terris et pratis et alnetis et marescis, et unam domum liberam, et unum molendinum ubi tota  
moltura de Grimont Maisnil debet venire, si dominus ville molendino caruerit. Do etiam decimam  
molendinorum<sup>17</sup> Blangei<sup>18</sup> et Septem Molarum<sup>19</sup>. Apud Septem Molas do ejusdem ville ecclesiam et  
quodcumque ad eam pertinet, terramque unius carruce, et totam decimam de dominio meo ; in  
Crioleio<sup>20</sup> molendinum unum cum tota moltura et de Flocscis<sup>21</sup> et de Estaelonde<sup>22</sup>, [et de]<sup>23</sup> Williothuil<sup>24</sup>,  
30 et II mansiones liberas. Ecclesiam quoque do de Anedinare<sup>25</sup>, et fiscum Rogerii ejusdem ville qui  
monachus effectus est, et totam terram Gozoudimare<sup>26</sup>. In Verleio<sup>27</sup> unum molendinum do, pro anima  
Rogerii filii Turoidi, et terram quam Romeldis, ava ipsius Rogerii, in Verleio habuerat et quam ipse  
Rogerius ecclesie Sancti Michaelis, me presente, dedit : scilicet medietatem ville do, ego Robertus  
comes, liberam. De Bœvilla<sup>28</sup> autem et de Penleio<sup>29</sup> et de Brunvilla<sup>30</sup> do ecclesias, et totam decimam, et  
35 terram IIIIer bobus ; ecclesiam quoque de Gillemercourt<sup>31</sup> do cum tertia garba, et ecclesiam Sancti  
Petri in Valle<sup>32</sup> cum tota decima, et ecclesiam Sancti Walarici de Monte Aquoso<sup>33</sup> cum terra et ceteris  
ad eam pertinentibus, et ecclesiam de Burgo Turoidi<sup>34</sup> cum tota decima et XXXV acras terre. Basilicis<sup>35</sup>  
terram ad unam carucam, et ecclesiam cum tota decima et quicquid ad eam pertinet, et mansiones  
hospitum XIIcim do, et Roscelinum de Matun Maisnil<sup>36</sup> cementarium cum fisco suo ; et Sanctum  
40 Martinum de Silva<sup>37</sup> liberum et quietum cum terris et hospitibus, et quicquid ad eundem locum

---

<sup>16</sup> Fontaine, hameau dépendant de la commune de Blangy (Seine-Inférieure).

<sup>17</sup> Le ms. De la Bibliothèque Nationale porte : *molendinique*, celui de Sainte-Geneviève et le vidimus de Philippe VI : *molendinorum*

<sup>18</sup> Blangy, chef-lieu de canton de la Seine-Inférieure

<sup>19</sup> Sept-Meules, commune du canton d'Eu (Seine-Inférieure)

<sup>20</sup> Criel, commune du canton d'Eu (Seine-Inférieure)

<sup>21</sup> Flocques, commune du canton d'Eu (Seine-Inférieure)

<sup>22</sup> Etalondes, commune du canton d'Eu (Seine-Inférieure)

<sup>23</sup> Les mots mis entre crochets manquent dans le Cartulaire de la Bibliothèque nationale ; je les ai rétablis d'après celui de Sainte-Geneviève.

<sup>24</sup> Je n'ai pu retrouver ce lieu qui, dans le vidimus de Philippe VI (Archives Nationales) est écrit : *Mulihotuil*.

<sup>25</sup> Lieu dont le nom a revêtu les formes les plus diverses et dont la dernière est Lignemare, hameau dépendant de la commune de Smermesnil (Seine-Inférieure).

<sup>26</sup> M. de Beaurepaire, qui a une connaissance approfondie de la géographie de la Seine-Inférieure, pense que le lieu désigné peut-être à Gousseauville, hameau de la commune d'Incheville (Seine-Inférieure).

<sup>27</sup> Villy-le-Bas, commune du canton d'Eu (Seine-Inférieure).

<sup>28</sup> Biville-sur-Mer, commune du canton d'Envermeu (Seine-Inférieure).

<sup>29</sup> Penly, commune du canton d'Envermeu (Seine-Inférieure).

<sup>30</sup> Brunville, commune du canton d'Envermeu (Seine-Inférieure).

<sup>31</sup> Guillemécourt, commune du canton d'Envermeu (Seine-Inférieure).

<sup>32</sup> Saint-Pierre-en-Val, commune du canton d'Eu (Seine-Inférieure).

<sup>33</sup> Le Mont-Aqueux, depuis Mont-Joli-Bois, à l'embouchure de la rive gauche de l'Yères (Seine-Inférieure).

<sup>34</sup> Le Bourgtheroulde, chef-lieu de canton de l'Eure ; ancienne baronnie.

<sup>35</sup> Bazoches-en-Houlme, commune du canton de Putanges (Orne). Dom Coquelin a confondu Bazoches avec Bailly-en-Rivière.

<sup>36</sup> Mathomesnil, lieu-dit de la commune d'Eu (Seine-Inférieure).

<sup>37</sup> Saint-Martin-au-Bosc, hameau dépendant de la commune d'Incheville (Seine-Inférieure).

pertinet, ubi quondam domnus<sup>38</sup> Gervinus, abbas Sancti Richarii<sup>39</sup>, heremiticam vitam duxit ; item, locum illum qui dicitur Flamenguevilla<sup>40</sup>, et terram unius aratri, et partem mee warance, decimamque thelonei VIItem Molarum et Gandicurie<sup>41</sup>, omnium piscium quoquine mee, et de sale et de omni carne que michi vel heredibus meis de Anglia venerit. Similliter decimam do et aquam de Criolio VIIIto diebus ante festivitatem sancti Michaelis<sup>42</sup>, et ipsa nocte festivitatis ejusdem aquam de Eu eidem abbatie do. Similliter ante festum Translationis sancti Benedicti<sup>43</sup> aquam de Criolio concedo eidem ecclesie IIIter diebus, et ipsa nocte festi aquam de Eu. In Anglia do Bonitone<sup>44</sup> et quicquid ad eam pertinet in terris, in hospitibus et ceteris rebus. Hec omnia do dono eidem abbatie in elemosinam liberam et quietam, et per cartam istam testificor dona que Willermus, filius meus, me presente et consentiente, eidem ecclesie in elemosinam contulit : videlicet ecclesiam de Haymies<sup>45</sup> cum tota decima, et terram trium hospitem ad eandem ecclesiam pertinentem. Testificor etiam omnia dona que, me presente, volente et rogante, barones, milites et nationes terre mee eidem ecclesie in elemosinam liberam contulerint et quietam : videlicet XXXta acras terre apud Ulterisportum de dono Hugonis vicecomitis, patris Gulberti de Duneio ; de dono Willermi Cauchis duas mansiones in villa Ulterisportus et totam terram Montis Goisberti<sup>46</sup>, et duo jugera prati apud Flamenguevillam, et apud Criolium alia duo jugera prati, et terram quam tenebat in Augo opido, et viridarium unum et quicquid habebat in VIItem Molis ; de dono Ricardi Boistel et Hilduini de Blangeio et Gustini de Grimont Maisnil et Henrici Jaillardi duas garbas decime in feodis suis apud Blangeium ; de dono Henrici Mostellencis in Fontibus XXti jugera terre et duas garbas decime ; de dono Anscherii de Ryu<sup>47</sup> senis decimam suam de Ryu ; de dono Wiberti de Basinval<sup>48</sup>, et de dono Helduini Forestarii duas garbas decime de terris suis apud Basinval ; de dono Walteri ad barbam de Daivilla<sup>49</sup> duas garbas decime de fisco suo apud Moncheium<sup>50</sup> ; de dono Goscelini de Bernou Maisnil<sup>51</sup> et Osmeldis uxoris ejus terram de Sifridi Villa<sup>52</sup> ;

---

<sup>38</sup> Le ms. Porte : *domus*.

<sup>39</sup> Saint-Riquier, commune de la Somme ; abbaye bénédictine dont Gervinus Ier est abbé de 1045 à 1075.

<sup>40</sup> Flamanville, aujourd'hui ferme de Sainte-Croix. Il existait, sous le vocable de Sainte-Croix, une chapelle dont le nom s'est substitué à l'ancien nom de ce lieu.

<sup>41</sup> Grantcourt, commune du canton de Londinières (Seine-Inférieure).

<sup>42</sup> 29 septembre.

<sup>43</sup> Le 11 juillet. Cette fête est célébrée à l'occasion de la translation des reliques du saint. Du Mont-Cassin où ils étaient restés ensevelis sous les ruines de ce monastère, détruit par les Lombards à la fin du VIème siècle, les restes mortels de Saint-Benoît furent transportés à Fleury, depuis Saint-Benoît-sur-Loire (Loiret), grâce à l'initiative de saint Momble, deuxième abbé de Fleury (2<sup>ème</sup> moitié du VIIème siècle).

<sup>44</sup> Bonnington, dans le S-E. du Kent à 6 milles O. de Hythe (Angleterre).

<sup>45</sup> Hesmy, hameau dépendant de la commune de Preuseville (Seine-Inférieure).

<sup>46</sup> Le Mont-Goubert était dans le territoire du Tréport ; ce lieu est aujourd'hui inconnu.

<sup>47</sup> Rieux, commune de la Seine-Inférieure.

<sup>48</sup> Bazinval, commune de la Seine-Inférieure.

<sup>49</sup> Déville, hameau dépendant de la commune de Grandcourt (Seine-Inférieure).

<sup>50</sup> Monchy-sur-Eu, commune du canton d'Eu (Seine-Inférieure).

<sup>51</sup> Baromesnil, commune du canton d'Eu (Seine-Inférieure).

<sup>52</sup> Chiffreville, hameau dépendant de la commune de Criel (Seine-Inférieure).

de dono Rogerii filii Turoidi apud Gillemercourt fiscum duorum hominum, videlicet : Goifridi filii Romoldis et Rogerii filii Henredi ; de dono Radulfi qui non videt, patris Radulfi de Grantcourt, 65 quamdam decimam in Grancourt ; de dono Willermi Talebot servitium terre Sansologonis in Gillemercourt ; de dono Alundi de Grantcourt, patris Roberti, duas garbas decime de terra sua de Grantcourt, de dono Radulfi, filii Alveredi, totam decimam terre sue apud Penlieu<sup>53</sup> ; de dono Goyfredi, filii Rainoldi de Sancto Martino Jaillardo<sup>54</sup>, decimam de terris hominum suorum quam habebat in dominio suo et apud Sanctum Martinum, et apud le Tot<sup>55</sup>, et apud Merlimcampum<sup>56</sup> ; de dono 70 Claremboudi, patris Ricardi de Tokevilla<sup>57</sup>, duas garbas decime de Tokevilla ; de dono Rogeri Salcheio<sup>58</sup>, fratris Ricardi de Freavilla<sup>59</sup>, ecclesiam de Salcheio cum tota decima, et quicquid ad eandem ecclesiam pertinet, et unam acram prati ; de dono Ricardi, filii Roberti de Freavilla, totam decimam de [Greigneo]<sup>60</sup> ; de dono Picardi de Lonreio<sup>61</sup>, patris Bartholomei, decimam de Bosco Ricardi<sup>62</sup> ; de dono 75 Millonis de Assyngneio<sup>63</sup>, Illos ortos et duas garbas decime de Assyngneio, ita libere ut eas extunc homines ville ad domum monachorum adduxerunt, sicuti ad suam pridem facere ex debito solebant ; **do dono Roberti de Petreponte<sup>64</sup> et Godefridi fratris ejus decimam de Cuverville<sup>65</sup> quam tenebant de Oylardo domino ejusdem ville, et hoc fecerunt de consensu ejusdem domini** ; de dono Oystellandi militis mei, qui filium meum Willermum nutrit, villam que vocatur Maisnil Oystellant<sup>66</sup>, et hoc concessi precibus Willermi filii mei, ut imperpetuum esset eadem villa ad 80 elemosinam pauperum libera et quieta. Et volo ut quecumque monachi Ulterisportus ex<sup>67</sup> dono meo sive successorum meorum tenuerint vel possiderint ita libere et quiete teneant, quod ab eis vel ab hominibus eorum heredes mei nulla servitia, nulla auxilia, nullas tallias sive collectas, nullas omnino exactiones exigant. Et successoribus nostris hoc annuentibus et pro posse suo res hujus ecclesie augmentibus benedictionem, calumpniantibus vero et res hujus ecclesie retrahentibus eternam 85 maledictionem indico et eos timende excommunicationis vinculo ligo. Horum donorum, tam meorum quam aliorum benefactorum hujus ecclesie quos predixi ; testes [sumus] : ego Robertus, comes Augi,

---

<sup>53</sup> Penly

<sup>54</sup> Saint-Martin-le-Gaillard, commune du canton d'Eu (Seine-Inférieure).

<sup>55</sup> Le Tôt, hameau dépendant de la commune de Baromesnil (Seine-Inférieure).

<sup>56</sup> Mélincamp, hameau de la commune de Saint-Martin-le-Gaillard (Seine-Inférieure).

<sup>57</sup> Tocqueville-sur-Eu, commune du canton d'Eu (Seine-Inférieure).

<sup>58</sup> Sauchay, commune du canton d'Envermeu (Seine-Inférieure).

<sup>59</sup> Fréauville, commune du canton de Londinières (Seine-Inférieure).

<sup>60</sup> Greny, commune du canton d'Envermeu (Seine-Inférieure). J'ai rétabli ce mot laissé en blanc dans le Cartulaire du comté d'Eu, d'après celui de Sainte-Geneviève.

<sup>61</sup> Longrois, commune du canton d'Eu (Seine-Inférieure).

<sup>62</sup> Boisricard, hameau dépendant de la commune d'Auquemesnil (Seine-Inférieure).

<sup>63</sup> Assigny, commune du canton d'Envermeu (Seine-Inférieure).

<sup>64</sup> Pierrepont, commune du canton de Moreuil (Somme).

<sup>65</sup> Cuverville, commune du canton d'Eu (Seine-Inférieure).

<sup>66</sup> Mesnil-Sterlin, hameau dépendant de la commune d'Etalondes (Seine-Inférieure).

<sup>67</sup> Le ms. porte : *ei*.

et Radulfus et Willermus et Robertus, filii mei, et Hugo vicecomes et Gaufridus de Bailloil<sup>68</sup>, et Galterus ad barbam de Daviscusvilla<sup>69</sup> ; et alii multi quod longum est nominare.

---

<sup>68</sup> Bailleul-Neuville, commune du canton de Londinières (Seine-Inférieure).

<sup>69</sup> Déville.

<sup>70</sup> Cartulaire de la Bibliothèque Sainte-Geneviève, pag. 43. – On peut encore lire la charte de fondation de l'Abbaye du Tréport dans le Gallia XI, inst. pag 13, dans le Neustria pia, pag. 537 et pag. 631, parmi les notes accompagnant l'édition des Œuvres de Guibert de Nogent, donnée par Dom d'Achery.